



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

II. Visio S. Henrico Ratisbonæ ad sepulchrum S. VVolffgangi oblata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*Visio S.Henrico Ratisbona ad sepulchrum  
S.VVolfgangi oblata.*

 Vi necdum Cæsar is vel Imperatoris dignitatem obtinenti: apparuit Ratisbonæ Sanctus VVolfgangus in somnis visione tali. Visum namq; est ei, quod manens in sancti Emmerammi Ecclesia, accederet orandi gratia ad Beati VVolfgangi sepulchrum in eadem Ecclesia situm: cumque ibidem Dominum sanctumque VVolfgangum precibus intimis conaretur exorare, subito videbatur ei ipse Sanctus astante: & huiusmodi verbis ipsum appellare. Intuere diligenter literas in muro, qui est iuxta tumulum meum, scriptas. Erat autem ibi, sicut videbatur, scriptum solummodo: *Post sex.*

Eugilans vero Rex Henricus tractatione diuturna secum reuoluit, paucissima huius visionis scripta: In primis ergo arbitratus, quod post sex dies esset moriturus; multa dispensat pauperibus. Cum autem sex dierum numerus præteriret & nihil in se corporalis molestie sentiret: putauit ad sex menses pertinere. Transacto vero & huius numeri spacio, nihilq; in se infirmitatis passus, arbitratus hunc numerum ad sex annos pertinere: ideoq; & quæ supra; ccepit timere. Cumq; sex annorum numerus integer pertransisset; & septimi anni dies reuolutus venisset: ipso die Cæsar dignitatem per Apostolicam suscepit consecrationem. Tunc tandem sentiens, qualis esset sua visio, gratias egit Deo, sanctoq; VVolfango, qui sibi talem reuelare dignatus est sublimitatem.

*S.VVolfgangus apparet  
S.Henrico.*  
*Visio S. Henrici cum sollicitum  
tenet.*  
*Quis visionis  
existens.*  
*Engitur Imperator.*